



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

Decas III. De aliis Exemptorum subjectionibus: & primò de ordinatione
Regularium exemptorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315



DECAS III.

De aliis exemptorum subjectionibus: & primò de Ordinatione Regularium exemptorum.

CAPUT I.

De plerisque immutationibus factis à S. Synodo Tridentina circa materiam exemptionis.

77. *Primigenia Episcoporum potestas in multis relaxata: ut in approbatione librorum.*
 78. *Monachi ab Episcopis compelli possunt ad lectionem S. Scripturae.*
 79. *De Regularibus predicaturis.*
 80. *Regulares delinquentes.*
 81. *De beneficiis curatis, commendatis, & Religiosis exercentibus curam animarum.*
 82. *Causa mercedum, & miserabilium personarum.*
 83. *Sacerdotes vagi, & missa extra Ecclesias.*
 84. *De Abbatum potestate ordinandi.*
 85. *Regulares quilibet ante ordinationes examinandi.*
 86. *Episcopus cum Regularibus dispensat in interstitiis.* 87.

87. De Regularibus audientibus confessionem
 secularium & Ecclesiasticorum.
 88. Religiosus alterius Parochia sponsos con-
 jungens suspensus.
 89. Quinam teneantur interesse Synodis Dis-
 cesanis?
 90. De erectione Monasteriorum.
 91. Episcoporum potestas quoad Moniales.
 92. Congregationes triennes monachorum
 exemptorum.
 93. Episcoporum censura & interdicta.
 94. Episcopus decidit controversias Regulari-
 um de precedentia in processibus.
 95. De renuntiationibus & obligationibus
 Novitiorum.
 96. De reclamatione.
 97. De miraculis & reliquiis.
 98. De quarta funeralium persolutione.

177. **C**ùm in S. œcumenica Synodo
 Tridentina Patres animadver-
 tissent plura exemptionũ incommoda
 quibus aliter deinceps occurri non po-
 terat, quàm relaxatã Episcopis primiti-
 geniã potestate: initium huic reforma-
 tioni datum fuit *ses. 4. in Decreto de usibus*
& editione sacr. libror. ne liceat Religio-

sis imprimere, seu imprimi facere libros
de rebus sacris sine approbatione ordi-
narii, & licentia suorum superiorum.

78. *Ses. 5. de ref. c. 1.* si in lectione
S. Scripturæ in monasteriis monacho-
rum instituenda superiores negligentes
essent futuri, eorum compulsio locali-
bus Episcopis fuit injuncta.

79. *Ses. 5. c. 2.* Quod Regulares cu-
juscunque ordinis etiam in Ecclesiis
suorum ordinum prædicaturi, persona-
liter se cum superiorum suorum licentiâ
coram Episcopis præsentare, & ab eis
benedictionem petere: in aliis verò Ec-
clesiis, ultra superiorum suorum licen-
tiam, etiam Episcopi licentiam gratis
concedendam habere teneantur &c: &
ses. 24. ref. c. 41: ne quis Regularis, eti-
am in Ecclesiis sui ordinis, contradi-
cente Episcopo, prædicare præsumat.

80. *Ses. 6. ref. c. 3. & ses. 25. de Regul.*
c. 4. & 14. ut Regularis extra monaste-
rium degens, si deliquerit, ab ordina-
rio loci visitari, puniri, & corrigi valeat:
aut

aut si Regularis intra monasterii cla-
stra degens extra ea scandalosè deliquit,
negligente punitionem superiorum
intra tempus ab Episcopo præfigendam
delinquens ab Episcopo puniri possit.
Similiter Religiosi in universitatibus
extra Conventus habitantes; item recedentes à
Conventibus suis absque licentia superiorum
in scriptis obtenta, ordinariis locorum
subjaceant.

81. *Ses. 7. ref. c. 7.* ut beneficia con-
rata monasteriis perpetuò unita & annexa
& *ses. 21. ref. c. 8.* alia qualitercunque
que commendata, ab ordinariis locorum
annuatim visitentur; & *ses. 25. Reg. c. 11.*
personæ Regulares publicè curam exercentes,
in iis, quæ ad dictam sæcularium curam,
& sacramentorum administrationem pertinent,
immediate subsint Episcopali jurisdictioni,
visitationi, & correctioni.

82. *Ses. 7. ref. c. 14.* ut in causis me-
cedum & miserabilium personarum Regularis
extra monasterium degentes loco-

locorum ordinariis ad solvendum possint compelli.

83. *Ses. 22. Decr. de observ. & vitan. in celebr. mis.* Ne Episcopi in Diocesis suis vagos & ignotos Sacerdotes; nec in privatis domibus, vel aliis extra Ecclesias, etiam Regulares exemptos celebrare patiantur.

84. *Ses. 23. c. 10.* Ne Abbates, alii- que quantumvis exempti, intra fines alicujus Diocesis consistentes, cuiquam, qui non sit Regularis sibi subditus, primam tonsuram, aut minores ordines conferant.

85. *Ses. ead. c. 12.* Ne Regulares cujuscunque gradus vel ordinis, sine prævio diligenti examine Episcopi ordinentur.

86. *Ead. c. 13. & 14.* ut Regulares quoad dispensationem super interstitiis, in obtinendis ordinibus sacris, à judicio & autoritate Episcopi pendeant: & ne Regularibus, quomodolibet privile-

vilegiatis, eodem die duo sacri ordines
conferantur.

87. *Ead. c. 15.* Quòd nullus Regi-
laris possit audire confessiones sacra-
rium vel Ecclesiasticorum; neque ad
idoneus reputari, nisi aut Parochiale be-
neficiam habeat, aut ab Episcopis per
examen, vel aliàs, prout iis videbitur
idoneus iudicetur, & gratis approba-
tur.

88. *Ses. 24. de ref. Matr. c. 1. ut R.*
gularis, quoquo privilegio munitus, a-
terius Parochiæ Sponsos sine illorum
Parochi licentia matrimonio conjun-
gens, aut benedicens, ipso Jure tam-
sensus maneat, donec ab ordinario
ejus Parochi, qui matrimonio inter-
debebat, seu à quo benedictio suscipi-
erat, absolvatur.

89. *Ead. de ref. c. 2.* Quòd exemp-
non subditi Capitulis generalibus, &
lii quicumque parochiales vel alias sacra-
lares Ecclesias habentes Synodis Dic-
cesanis interesse teneantur.

90. *Ses. 25. de Regul. c. 3.* ne de cæterò Monasteria erigantur sine Episcopi, in cuius Diœcesi erigenda sunt, licentiã priùs obtenta.

91. *Ses. 25. de Regul. c. 5.* ut Episcopi specialem clausuræ quarumvis sanctorum curam habeant; causas, ob quas vel moniales ad breve tempus egressi, vel personæ extraneæ intra monasterii septa ingredi volunt, approbent; & c. 10. Extraordinarium Confessarium iisdem bis vel ter per annum offerant. & c. 17. ante assumptionem habitus atque professionem, Novitiarum voluntatem explorent.

92. *Ead. c. 8.* ut Monasteria sub immediata sedis Apostolicæ protectione constituta, nisi infra annum à fine Concilij Tridentini, & deinde quolibet triennio se in congregationes redigant & c. Episcopis in quorum Diœcesibus sita sunt, tanquam sedis Apostolicæ Delegatis subdantur.

93. *Eād. c. 12.* ut etiam Episcoporum censuræ & interdicta à Regularibus in eorum Ecclesiis publicentur, atque observentur: sicut & dies festi, quos Episcopus in diocesi sua præceperit observandos.

94. *Eād. c. 13.* ut Episcopus contra versus omnes de præcedentia in professionibus publicis, etiam inter Regularibus exemptos, a motu omni appellationis componat.

95. *Eād. c. 16.* Ne renuntiationes, & obligationes Novitiorum, etiam cum juramento, valeant, nisi cum licentia Episcopi, vel ejus Vicarii fiant intra duos menses proximos ante professionem, nisi post professionem sortiantur effectum. Et ut Regulares ab Episcopo etiam per censuras, compelli possint restituenda abeuntibus omnia, quæ ab eis erant.

96. *Eād. c. 19.* Ut reclamaturi, intra quinquennium causas suæ reclamationis coram ordinario & superiore deducant.

97.

97. *Ses. 25. de Reliq. & sacr. imag.* Ne cuiquam ullo in loco etiam quomodo- libet exempto, liceat ponere insolitam imaginem, nec admittere nova miracula, nec Reliquias novas recipere, nisi recognoscente & approbante Episcopo.

98. *Ses. 25. de ref. c. 13.* ut Regulares teneantur ad quartæ funeralium & c. per- solutionem,

CAPUT II.

Qualis sit hæc Jurisdictio dele- gata, quæ Episcopis attributa fuit à S.

C. Trid & Pontificiis constitutio- nibus subsecutis?

99. *Consilium Pighini pro sedandis motibus Exemptorum.*

100. *In quo consistat facultas à S. C. Trid. demandata Episcopis, tanquam sedis Apo- stolice delegatis?*

101. *Error Regularium exemptorum, de Ju- risdictione delegata non extendenda.*

102. *Discrimen inter delegationem ad uni- versitatem causarum factam Episcopo ha- bentis saltem jurisdictionem habituales in exemptos; & inter delegationem specialem*

fa-

¶ factam personam merè privatam.
103. Reflexio Politica.

99. **D**escribi vix potest, quantum
exemptorum Regularium mo-
tus, in Congregationibus ante prin-
cipium Decreti editionem ea de re habita
concitaverit facultas compellendi Re-
gulares per opportuna Juris media Ep-
iscopis localibus attributa: quibus tem-
pestivè sedandis alius tunc non sup-
eravit modus, quàm ille à Sebastiano
ghino Rotæ Rom. Auditore, post-
modum S. R. E. Card. tunc præsentis sug-
geritus, ut Episcopis ea facultas deman-
deretur, *tanquam sedis Apostolicæ dele-
gatus*: cautelâ hac desumptâ ex Innocen-
tius III, c. *Irrefragabili* 13. §. *Ceterum*
ibi: tanquam super hoc delegatus
ibi. & de off. jud. ord. id quod, per
altercationes nonnullas, tandem
Ecclesiasticorum ac Regularium
plausu receptum fuit, & in aliis quo-
dam sessionibus subinde adhibuitur ad plu-
rimas difficultates removendas.

100. Nec immeritò: ut, dum una
 ex parte restituebatur Episcopis, hoc
 est, ipsi Dignitati nunquam morienti,
 perpetua Jurisdictio, quâ plerumque uti
 possent in homines aliàs ab Episcopali
 foro per privilegia S. Sedis exemptos;
 ex altera nihilominus præcaveretur ab-
 rogatio dictorum privilegiorum saltem
 in specie: quod quidem facillimè con-
 tigit, resuscitatâ in Episcopis, tanquam
 speciatim ab Apostolica sede delegatis,
 generali ac perpetuâ in certis quibus-
 dam causis adversus Regulares quantis-
 libet privilegiis præditos potestate, hoc
 solum in Regularium favorem adjecto,
 ut in causis ejusmodi provocandum sit
 duntaxat ad S. Pontificem; non ad Me-
 tropolitanum: ne videl. Religiosi cum
 disciplinæ regularis præjudicio per tri-
 bunalia forensia circumveherentur:
 quam ob causam olim quoque cautum
 erat de jure communi, ut eorundem
 controversiæ absque tela judiciaria
 summarie pertractarentur: sicut & ho-
 die

die Romæ in S. Congregatione negotiorum
 is Regularium præposita fieri solet, ut
 ejusmodi causæ, solâ facti veritate
 spectâ, citra strepitum, & quandoque
 per extrajudiciales tantum informatio-
 nes, juxta prudentiæ Regulas potius
 quàm secundum rigores legales, termi-
 nantur.

101. Ex dictis patet I. evidentissimus
 error Regularium nudè procedentium
 cum Regula, *de jurisdictione delegati
 non extendenda* in illis solum delegatis
 locum obtinente, qui nullam nec actualem,
 nec habitualem Jurisdictionem habent
 cum personis, in quas conceditur
 Jurisdictio: cum delegatus tunc habetur
 atur tanquam homo merè privatus extra
 tra id, quod delegatio continet. Quo-
 dici non potest de ordinario Episcopo
 loci habente in Regulares intra Dio-
 cesiam suam commorantes jurisdictionem
 nem habitualem, non obstante eorum
 exemptione, quæ ordinariam potestatem
 tem Localis Episcopi, veluti membra
 ho

hominis naturaliter valida solummodo
 ligat accidentali vinculo, ac impedit, ne
 iisdem uti pro libitu possit, ita quidem
 ut vinculis dissolutis, jure suo primævo
 & nativo; non autem ex novo & dati-
 vo resultante ab illa vinculorum dissolu-
 tione, operari dicatur: ut Illustrissimus
 Joannes Baptista de Luca *de Regularib.*
 disc. 8. n. 6. & 7. præclare observat.

roz. Patet II: Discrimen inter *dele-*
gationem ad universitatem causarum,
 restitutivam antiquæ jurisdictionis, ac
 remotivam obstaculi exemptionum, la-
 tam favorabilemque naturam haben-
 tem, nec alio ex capite ita dictam, quam
 ut sub nomine Delegationis Apostoli-
 cæ majore cum autoritate fiat illud,
 quod præcipitur, ac magis timeatur: ut
 notat Frances in *Pastor. Regular.* q. 20.
 & inter *Delegationem specialem* factam
 personæ, quæ in eo causarum genere
 non habet propriam jurisdictionem ha-
 bitualem; sed tanquam persona secun-
 dum se merè privata, jurisdictionem

accidentaliter sibi tributam metitur
 commissione Delegantis, quæ præ
 ac strictè juxta verborum limites de
 attendi DD. ad c. P. & G. 40. *off. & pot. Jud. deleg.*

103. Patet III. Quantum ad quietem
 publicam sæpiùs conferat sola titu
 rum retentio: dum res plurimæ mag
 cum adipiscentium fructu obtinent
 cilè possunt, dummodo retineantur
 tiqua vocabula; vel termini prior
 non ita palàm contrarii substituam
 subditis non gravatim id subeunt
 quod cum apparente saltem veter
 privilegiorum aut jurium conserva
 ne non pugnare videtur.

CAPUT III.

De ordinatione Regularium
 passiva.

104. *Ecclesia solieitudo circa ordinandos
 de triplici Episcopo ordinandorum.*

105. *Quid hæc in re mutatum circa Reg
 rest*

104 **Q**uantâ olim sollicitudine in id
 intēderit S. Mater Ecclesia, ne
 quis ordinaretur ab alieno Episcopo, ni-
 si de proprii Antistitis consensu per lit-
 teras Dimissorias expresso, constitutio-
 nes SS. Pontificum & antiqui Canones
 passim ostendunt. Præter Episcopum
 verò Beneficii seu Ecclesiæ, cui olim
 quisque tempore primæ tonsuræ incar-
 dinatus, seu inscriptus fuit, Episcopos
 Domicilii, & originis etiam hac in par-
 te agnitos fuisse probatur exemplo S.
 Hieronymi, Evagrii, & aliorum. Solem-
 ne tamen erat amore pacis & Discipli-
 næ, ut Clericum uni Ecclesiæ adscri-
 ptum nemo deinde alius ordinaret, re-
 ciperet, vel occultaret, nisi in ordina-
 tione is professus fuisset, se Episcopi or-
 dinantis Ecclesiæ non velle addici, pro-
 ut S. Hieronymus *epist.* 61, à Paulino li-
 cèt Antiocheno Presbyter ordinatus,
 Clericum nihilominus Antiochenum se
 negavit, quòd in ordinatione sua Ejus

D

Clero

Clero se non addicendum protestatus
fuisse.

105. Variis tamen de causis ab
usu & Jure recessum fuit: I. Ob h
lem Provinciæ, in qua ordinati fuerat
devastationem *Cone Chalesd. c. 20.*
Ob zelum rapientium, accedente
tissimum indicio quodam voluntatis
vinæ, & proprii Episcopi factum
bantis cessione, ut de S. Martino
mus è Pictaviensi Clero ad Episcopatu
Turonensem abstracto. III. Ob
sumptam Episcopi proprii voluntate
quemadmodum de Cypri Episcopis
vimus, eos, licet non sine tristi even
libenter sibi hoc mutuo concessisse.
hæc quamdiu rigor ille primus Eccl
asticæ disciplinæ permanerat: quo
nihil immutato, triplex illa quidem
piscopi originis, Domicilii, & bene
eii differentia perstitit; Regularibus
men, non extra præxis antiquæ vestig
Episcopus Domicilii solum, quoad
dines recipiendos, assignatus fuit
C

Concilio Tridentino *ses. 23. refor. c. 10.*
 junctâ Gregorii XIII. Constit. *Intanta*
rerum. Et declaratione editâ jussu Cle-
 mentis VIII. verosimiliter ea de causa,
 quòd, cùm Religiosi Beneficiorum in-
 capaces fiant per Professionem *c. quod*
Dei. 5. de statu Mona: ac per ean-
 dem sæculo, & proinde loco originis
 moriantur *c. Placuit. 8. XVI. q. 1.* vaga
 ordinum recipiendorum licentia haud
 aliter coërceri posse visa fuerit, indignis-
 que aditus omnis præcludi, quàm si or-
 dinandi tantùm essent in loco habita-
 tionis suæ, in quo maximè noti esse sup-
 ponuntur. Unde tamen si B. Pius V.
 Constit. *Etsi mendicantium ordo*. fratri-
 bus mendicantibus habenas nonnihil
 laxaverit, visis tamen multis ac magnis
 incommodis, & scandalis, quibus præ-
 fati Pontifex, si supervixisset, mede-
 lam afferre intenderat, Gregorius XIII.
 cit. constit. *Intanta rerum* illam B. Pii
 V. ad terminos S. C. Tridentini redu-
 xit.

CAPUT IV.

An Prælati Religionum ex
ptarum dispensare possint in inter-
stitiis cum Religiosis?

106. *Cur interstitia sint introducta?*

107. *De necessitate & utilitate Ecclesie.*

108. *Solus Episcopus in interstitiis dispensat.*

109. *Discutitur privilegium Iesuitarum
à servandis interstitiis, aliisque Disciplinis
Clericalem promoventibus eximens.*

106. **N**E temerè nimis ad sacros
dines convolarerur, ordines
sunt certa quædam interstitia rem
rum, per quæ exercitari possunt fun
ones unius ordinis obtenti, priusqu
ad alium procedatur: relictâ tamen
testate Episcopis eadem remittit
quoad ordinem subdiaconatus qu
ob utilitatem vel necessitatem Ecc
S. C. Trid. ses. 23. c. II. quoad Diacon
tum, juxta Episcopi arbitrium *ibid.*
quoad Presbyteratum denique, *ibid.*

junctim ob Ecclesiæ necessitatem ac utilitatem, c. 14.

107. Quarum *illa* dicitur apud Canonistas, cum Ecclesia ministris ejusmodi ordinum indiget, nec alii reperiuntur, qui servatâ interstitiorum intercapedine ordinari possint: *Utilitas* vero, cum Ecclesia quidem talibus indiget, alii tamen inveniuntur, qui Servatis interstitiis valeant promoveri.

108. Cum autem Regulares, ex prædictis ab Episcopo loci, ubi degunt, ordinandi sint: ad eundem dispensatio super interstitiis pertinet, quem Proinde Regulares in dimissoriis suis rogare solent, ut propter utilitatem, ac respectivè necessitatem suarum Ecclesiarum cum ordinandis dispensare dignetur, cui superioris attestationi stare tenetur Episcopus in formando judicio suo, quin sequatur, eum hoc modo processurum sine causæ cognitione, utpote quæ etiam ex attestazione legitima, qualem S. Congregatio Concilii declaravit hic esse

D 3

esse eam, quæ à superioribus Regularibus facta fuerit, potest desumi.

109. Eximunt aliqui Religiosos Societatis JESU ab hoc rigore certo quodam nixos indulto Gregorii XIII. iungentis omnibus Episcopis, ut illi absque ulla functione in susceptis ordinibus, aut observatione interstitiorum aut inquisitione de cantu, officiis, ceremoniis Ecclesiasticis & ad Sacramentum etiam presbyteratus ordines, promovant: eò quòd nim. nulli Ecclesiæ ulli ve certo loco mancipati sint; sed velatores, omni tempore parati, expectantesque diem & horam, quâ vel ad extremas orbis regiones, cum venientibus, emittantur. Verùm aut exorbitans hoc privilegium à Sixto V. in Bulla *contra male promotos* revocatum esse videtur; vel saltem in paucissimis practicabile, cum rarissimi aut propè nulli ultimum professionis votum, eos ad expeditiones prædictas obstringens, an

ordinaem Presbyteratûs jam actu susceptum emittant.

CAPUT V.

An iidem subditis suis sæcularibus concedere possint litteras dimissoriales?

110. *Dimissoria duplicis generis.*

111. *Neutras subditis suis secularibus concedere possunt Superiores Regulares.*

110. **S. C. Trid.** Regulares in ordine ad suscipiendos ordines Episcopis localibus subjicit quoad examen, de quo infra, & quoad recognitionem Dimissoriarum, quarum data regulariter Spatium bimestre à die ordinationis supputandum, excedere non debet, inserto iisdem testimonio de ordine præcedente jam suscepto. Ubi tamen *Dimissoria* non accipiuntur in proprio sensu, juxta quem dicitur, *eiusdem esse, dare litteras Dimissionis ad suscipiendos ordines, ejus est per se ordinare*: sed ita
 D 4 dun-

diuntaxat, quatenus Episcopo Dicecesano præsentant Regulares sibi subdici ordinandos; vel à Dicecesano non ordinaturo pro ea vice, examinatos & probatos, ad alium Episcopum communionem Apostolicæ sedis habentem dimittunt.

III. Minimè tamen id facere possunt cum sæcularibus sibi subiectis S. Trid. *ses. 23. ref. c. 10.* quorum ordinatio ad Episcopos Dicecesanos pertinet concedentes autem Dimissorias conformam Decreti, ab officio & beneficio per annum sunt ipso Jure suspensi.

CAPUT VI.

An Religiosi exempti suos dimittere possint ad Episcopum non Dicecesanum?

¶ 12. *Fraudes Regularium contra Dicecesanos Episcopos improbatæ.*

¶ 13. *Quando liceat Superioribus Religiosis dimittere Religiosos ad alios ordinatores?*

¶ 14. *Quid in hac re dicendum de locis nullius*

112. **S**uperiores exempti de industria differre non possunt concessionem Dimissoriarum in tempus, quo constat Episcopum Diocesenum certo abfuturum esse, vel alia de causa non ordinaturum S. Congr. Conc. 15. *May.* 1596. de Mandato Clementis VIII.

113. Quod si verò Episcopus Diocesanus vel secretò tantum ordinet, nullis edictis, prout de Jure oportet c. *Quando. 5. dist. 24.* expositis; vel consueto ordinationis tempore, de quoto. *rit. de temp. ordin.* absit, ordinationemque nec per se, nec per alium habeat: licet illis concedere dimissorias ad quemcunque alium Episcopum sive in provincia, sive alibi subsistentem, expressâ causâ absentia Diocesani Episcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum.

114. Idem cum proportione dicendum est de locis *nullius*, id est, in nulla Diocesi existentibus cum vero & proprio territorio separato, talium quippe

D § su-

superiores cum suos ad viciniorem Episcopum, qui dicitur illorum proprius, quoad ordinationem, dimittere debent, pari jure censentur.

CAPUT VII.

Quonam titulo Regulares sine titulo ordinandi?

115. *Pœna ordinati sine titulo.*

116. *Speciale privilegium Jesuitarum.*

117. *Cautela Episcoporum ordinantium.*

115. **O**rdinatus sine titulo beneficii, aut mensuræ, aut patrimonii, honestam sustentationem Clericali sufficientis, ipso Jure pœnam suspensionis ab executione ordinis sine titulo suscepti c. *Neminem* 1. & c. *Sanctorum* dist. 70. à S. C. Trid. *ses. 21. c. 2.* in contraventionem incurrit, ut B. Pius V. in constitutione *Romanus Pontifex*, contra regulares sine titulo, magis declarat, quam proinde incidunt non solum in contraventionem, sed etiam nulliter professi coguntur.

nullitate suæ professionis ordines sacros recipientes; cum titulo paupertatis, ad quem Regulares ordinari solent, tantum solemniter ac irrevocabiliter professis uti permissum sit.

116. Ex privilegio tamen Gregorii XIII. Constit. *Ascendente Domino*, Jesuitæ, de licentia Præpositi sui Generalis, ante professionem ejusmodi, ad sacros ordines promoventur, retentione bonorum suorum idcirco iis consultò permissa: adeò ut, si taliter ordinatos necessariis vivendi mediis destitutos è societate dimitti contingat, à S. Congregatione declaratum sit, Religioni incumbere, ut iisdem de honesto victu, vel redditu quadraginta saltem aureorum annuorum provideat, ne sequatur inconveniens, cui S. C. Trid. & B. Pius V. obviare intendit.

117. Similiter, ne quando alii Religiosi ejecti, vel allegatâ & probatâ nullitate professionis dimissi post obtentos ordines sacros, in opprobrium Cleri
stipem

stipem corrogent, aut Episcopis gratia
sint, Clerus Gallicanus in Convencione
generali celebrato A. C. 1625. constituit
nullum deinceps Religiosum in Galliis
ordinandum esse, cujus provincia, vel
domus professionis non antè sponso-
derit, se in casum ejectionis vel dimissio-
nis ei alimenta daturam. Quod nos
video cur à singulis Episcopis etiam in
tra Gallias decerni nequeat.

CAPUT VIII.

An Episcopus ordinaturus
inquirere debeat in mores, ætatem, &
scientiam Regularium or-
dinandorum?

118. *Examen ordinandorum tria concernit.*

119. *Etiam in Religiosorum ordinandorum
mores est inquirendum.*

120. *A Regularibus fides Baptismalis in foro
probante est producenda.*

121. *Religiosi, non sine diligenti examine
episcopi, ordinandi.*

122. *Nemo facile ab examine liberandus.*

123. *Summa examinis ordinandorum in
nere.*

124. *Pro prima Tonsura.*

125. *Pro minoribus.*

126. *Pro Subdiaconatu.*

127. *Pro Diaconatu & Presbyteratu.*

118. **E**piscopis ordinaturis *1. Tim. 5. v.*
 22. districtè præcipitur, ut ne-
 mini citò manus imponant, ne commu-
 nicent peccatis alienis, ordinando in-
 dignos; hoc est, ut explicat *S. Leo in E-*
pist. ad Afric. Episc. participando eorum
 defectus præproperam ordinationem
 subsecutos, tales efficiantur, quales illi,
 qui non meruerunt ordinari. Quod
 ne fiat, à Concilio Lateranensi examen
 ordinandorum ad hæc tria redactum
 fuit, ut sc. in sacris ordinibus ac mini-
 steriis Ecclesiasticis & ætatis maturitas,
 & morum gravitas, & scientia littera-
 rum exploretur.

119. Circa mores jam olim *c. Priscis.*
1. dist. 55. si quis etiam de Religioso pro-
 posito, & monasterialibus disciplinis
 eruditus, ad Clericale munus accesserat,
 ejus vita præteritis acta temporibus di-
 ligen-

ligenter perquisita; &, ne quis forte
 obsoleta hæc putet, A.C. 1524. 7. Julii
 à supremi Cleri nostri Germanici Ant
 stitibus, laudante Campegio S. Sedis A
 postolicæ Legato à latere, in Conven
 tu Ratisbonensi, cui intervenerant A
 chiepiscopus Salisburgensis, Episcopus
 Tridentinus, & Procuratores Episco
 porum Bambergensis, Spirensis, Au
 gentinensis, Augustani, Constantien
 Basileensis, Frisingensis, Brixinen
 &c. necessarium visum fuit, ut, qui
 ordinem suscipiendus est, probetur p
 ùs per Episcopum, vel Ejus officiali
etiam religionem professus. Quod à
 Augustino quoque observatum legitur
c. Legi. 36. XVI. q. 1. cum aliquando
viam bonus Monachus vix bonum Cu
ricum faciat, si adsit ei sufficiens com
mentia, & tamen desit instructio nec
saria, aut personæ regularis integritas.
 120. De ætate Regularium ordin
 dorum aliqui volunt ab Episcopo qu
 dem inquirendum esse, ita tamen,

attestationi à superiore Regulari in dimissoriis factæ acquiescere debeat: sed quoniam sinè lege loquuntur, tutius, imò necessariū est, ut fides Baptismalis insuper in forma probante producat.

121. Circa scientiã ridenda est simplicitas multorum putantium, eam minorem in Regularibus cultui Divino præcisè addictis, quàm in Ecclesiasticis exigi: quasi verò S. C. Tridentinum *ses. 23. c. 4. 11. c. 14.* inter hos & illos distingueret; aut Sacerdoti Christiano talentum in ordinatione divinitus acceptum prohibito in terram defodere, gratiasque & facultates ordinum susceptorum in vacuum recipere liceret; aut talis Choralista, vel merus celebrator missarum certus esset, non occursurum sibi casum quempiam necessitatis, in qua volens nolens Sacramentum aliquod ministrare teneatur, quapropter à S. C. Trid. *est. ses. 23. c. 12.* indiscriminatim decretum fuit, *ut Regulares quoque nes*
in

*in minori etate, nec sine diligenti Episcopi
examine ordinentur.*

122. Et hoc adeò notum ac certum
est, ut etiam Imperator profanus Nor
6. asseruerit, *Religiosos Clericos cum ma
ra fieri inquisitione, secundum diuina
regulas, oportere.* Quemadmodum
rò nullus ordo, ne quidem minor, sine
examine conferendus S. C. *Trid. sess.
de refor. c. 5. 7. 11. 12. 13. 14.* ita vis illi
ab examine subeundo liberandus est
doctior quidem, ut submissionis atque
modestiae suae specimen edat; medi
criter doctus, ut habilitatem ostendat
illiteratus, ut à Sanctuario Domini
ceatur. Quae in re frons Episcopi oportet
durior esse debet, juxta Prophetam
Zech. 3. v. 8. frontibus Religiosorum
tantumque habere constantiae in reperi
endis periculosis Regularium quorum
dam praetensionibus, quantum hi in
pudentiae ad iniqua contra salutarem
Synodi Tridentinae dispositionem, et

que tum veterem, tum modernam Ec-
clesiæ disciplinam petenda.

123. Summam hujus examinis S. Cy-
prius jam olim *epist. 24. ad Clerum*
comprehendit his verbis: *an congrue-*
rent illis omnia, qua esse debent in his,
qui ad Clerum parabuntur? ubi vides,
quemque in materia ordinis suscipien-
di probandum esse, an tali ministerio
aptus sit; an interstitia servaverit; an im-
pedimentis canonicis careat; an in præ-
habito gradu se sufficienter exercuerit;
an nôrit vim & mysteria ordinis expe-
titi, ritusque ac cæremonias, quæ ex li-
bro Ponticali adhibentur, & sacra-
rum vestium significationes &c. de qui-
bus Consule Quintum Provinciale Con-
cilium Mediolanense *Tit. de examina-*
deratione. Ubi ne particularia singu-
lorum ordinum examina prorsus inta-
cta relinquam.

124. De prima Tonsura sic habet
Concilium Tridentinum *ses. 23. refor. co.*
ut primâ Tonsurâ non initiarentur, qui
S^{an}

Sacramentum Confirmationis non suffi-
perint, & fidei rudimenta edocti non fu-
rint; quiq; legere & scribere nescian-
t, & de quibus probabilis conjectura
fit, eos, non secularis iudicii fugiendi ca-
sâ, sed ut Deo fidelem cultum prestent,
vita genus elegisse. Quod ultimum
pura intentione singulariter etiam non
actava synodus generalis ean. 5. ca.
obstat, quòd Religiosi jam prius in
ceptione statûs Regularis attonsi fu-
rint, cùm ea non sit Tonsura Hiera-
chici ordinis, neque Religiosum è co-
ditione laicali transferat ad sublimi-
tem Clericalem.

125. *Minores ordines iis, qui salu-
tariam linguam intelligunt, confere-
tur; cùmq; hinc ad altiores gradus,
sacratissima mysteria se ingressus, non
eis iniicitur, quam non scientia spes ma-
ribus ordinibus dignum ostendat. S.
Trid. ses. 23. refor. c. 11.*

126. Subdiaconatu eadem sancta
nodus ses. cit. c. 13. eos duntaxat initi-

decernit, qui sperent, DEO Auctore, se
 continere posse; & in minoribus ordini-
 bus jam probati, & litteris, ac ijs, qua ad
 hunc ordinem exercendum pertinent, in-
 structi sint. Unde cum Regulares con-
 tinentiæ votum emiserint, castitatis que
 suæ experimentum à non brevi tempo-
 re dederint, examinabuntur potissimum
 circa doctrinam Sacramentorum, con-
 cupiti que ordinis obligationem.

127. Pro Diaconatu obtinendo præ-
 dicta multò excellentiùs, ac insuper ali-
 qua concionandi, doctrinæ que moralis
 peritia requiruntur. Ultra quam no-
 titiam, aspirantibus ad Sacerdotium de-
 nique opus est, ut sciant, quid sit Missæ
 sacrificium, & quænam ad validam ac
 licitam eius oblationem exigantur;
 quomodo ministranda sint Sacramenta
 in hominum salutem dispensationi Pres-
 byterali a Christo commissa; quomo-
 do ritè ac fructuosè fungendum sit mu-
 nere prædicandi verbi divini? &c. Ex-
 plosâ opinione eorum, qui, ni vel de

COH.

conceptibus metaphysicis, vel de aliis
finè quorum notitia tamen obtineri
cer aliquis ordo potest ac debet, or
nandos interrogaverint, aut famam
doctrinæ periclitari existimant; aut
plicationem ad non-necessaria ejust
di studia deinceps futuram desperant.

CAPUT IX.

De Regularium ordinatione
activa.

128. *Iam circa tempora S. Galli quidam
Abbatibus contulerunt primam tonsuram.*

129. *Quid hac de re statutum fuerit in
anno VII.*

130. *Plerique Abbates Germania Religiosos
hodie conferunt primam tonsuram
et minores.*

131. *In quo consistat Benedictio Abbatum*

128. **Q**uanquam olim Monachi
instituto suo tantum Latini
erint, multoque minus alios per
calis Tonsuræ collationem ad
Ecclesiasticum cooptare potuerint.

ut ipsis etiam Ostiariis cesserint: Postquam tamen ad vitam Clericalem admissi fuerunt, mox amplioribus inhiantes, alicubi etiam ad initiationem activam statûs Clericalis habilitatos fuisse,prehendimus apud Gregorium Turonensem in *vitis Patrum* c. 6. de Patruo suo S. Gallo Episcopo Arvernensi narrantem, quòd hunc Abbas Monasterii Cremonensis adhuc Puerum Clericum fecerit.

129. Quâ facultate non contenti Abbates obtinuerunt in Synodo VII. ut, si caractere sacerdotali insignes, & juxta consuetum Ecclesiæ ritum ab Episcopo benedicti essent, Filios cœnobi-
orum suorum etiam ad minores ordines possent evehere: quo privilegio hodièdum utuntur complures Abbates. Imò Abbas Cistercii, aliique primi quatuor Coabbates videl. Clarevallensis, Pontiniacensis, Morimundi, ac Firmi-
tatis, ab Innocentio VIII. facultatem Religiosis Monasteriorum suorum

con-

conferendi Subdiaconatum sibi
cessam esse prætendunt privilegio
ciali, quod Victoria *in relectionibus*
à se visum esse testatur: quanquam
lius veritatem solidè complures
gnent; dudumque saltem ab usu
fuisse compertum sit.

130. Hodie plerique Abbates
mavi duplici illà conditione a sepe
Concilio generali requisitâ con
Religiosis suorum conventuum,
contradicente S. C. Trid. *ses. 22. c. 10.*
10. primam Tonsuram, & quatuor
nores ordines conferunt: neque
Tonsura cuiquam est dubium, ex
Innocentius III. c. *cùm contingat*,
de ar. & qual. universaliter decla
vit, juxta Synodum VII. ab unoquoque
Abbate suis Religiosis in proprio
nasterio, dummodo illi ab Episcopo
cundum morem præficiendorum
batur, manûs impositio facta nosce
& constet eum esse Sacerdotem,
primam Tonsuram, juxta formam

clesiæ datam, conferri ordinem Clericalem. Pro *quatuor minoribus* Glossa pluribus in locis privilegium speciale requirit.

131. DIXI: *manus impositio*: in qua nulla actio consecratiua cum interuentu S. Chrysmatis; sed tantum forma quædam precatationis adhibetur c. *manus*. 74. l. q. 1. ad hoc, ut Abbati conferatur exercitium eorum, quæ sunt veluti actus ordinis, nec non insignium Pontificalium. Unde, si quis Abbas renuntiaret suo gradui & dignitati, non amplius validè conferret quicquam eorum, cum destitutus esset caractere, & Abbas esse desisset.

CAPIT X.

An Abbates habentes facultatem conferendi Tonsuram, vel minores ordines subditis sibi Regularibus, stante Decreto S. C. Trid. ses. 23. c. 10. conferre possint Tonsuram ac minores ordines

Ordines personis secularibus habent
 tibus litteras Dimissorias à suis
 Ordinariis?

132. *Sententia Rotæ negativa.*

133. *Quamvis S. Congregationi C. C. quandoq; aliud visum fuerit, hodie eadem stat pro negativa.*

134. *Ratio à priori: cum dubia qua conciliatione diversarum declarationum annexa.*

132. **V**erba Concilii Tridentini habent: *Abbatibus, ac quibuscunq;, quantumvis exemptis liceat in posterum intra fines alicuius diocesis consistentibus, etiamsi nullius diocesis, vel exempti esse dicantur, cuius qui Regularis subditus sibi non sit, super quibus cum de jussu Clementis VIII. Cardinalis Seraphinus die 27. Aprilis 1592. proposuisset in dubium initio hujus capituli relatum maturè discussâ, Domini iuverunt in sententiam negativam, hac potissimè*

habentione permoti, quòd, sicut ex Regula:
 à suis Nemo dat, quod non habet: Papa non
 ordinato dare non potest licentiam
 conferendi ordines sacros c. Quando 4.
 ni Co. X. de consuetud. ita nec Episcopus per
 hodie dimissorias suas dare possit facultatem
 hia qua ei, qui caret illâ facultate ex dispositione
 claratio S. Conc. Tridentini, nisi absurditate ca-
 dendum rere dicatur, quòd licentia inferioris
 s, ad tollat inhabilitatem proveniente ex
 emptio Lege superioris c. Inferior. 4. dist. 21. c.
 licentia cum inferior 16. X. de major. & obed.

133. Quamvis autem S. Congrega-
 tionis Concilii super c. 5. ses. 6. vili-
 nullius fuerit contrarium in Casu Bononiensi,
 scilicet eidemque Declarationi etiam postea in
 n. si. causa Abbatis S. Mariæ de succursu Or-
 comp. dinis montis Oliveti inhaerit: novissi-
 Clemen. mè tamen emanavit ab eadem S. Con-
 s. die gregatione Concilii infra scripta Decla-
 et in ratio, quæ originaliter extat in libro
 elatum Memorialium pag. 407. videlicet:

In causa Cathaniensi furis conferen-
 di ordines minores inter Episcopum Ca-
 tha-

E

thaniensem ex una, & Monachos
 nis S. Benedicti Congregationis Cassin
 sis, ac alios, ex altera, die 23. Novem
 1641. S. Congregatio, & c. utraq[ue]
 te informante ore, & scriptis, ac va
 nibus hinc inde deductis mature exa
 natis, inherendo decisioni Rota Rom
 sub die 27. Aprilis 1592. coram bono
 Cardinali Seraphino de ordine fel. mem
 Clementis VIII. facta, nec non decla
 tionibus ejusdem S. Congregationis
 decisioni conformibus subsequens, con
 improbatâ opinione contrariâ, Ab
 Regulares benedictos ejusdem Congre
 gationis Cassinensis, seu alterius Congre
 gationis vel ordinis, aut instituti hab
 etiam jura Episcopalia, seu quasi Ep
 palia, Ususq[ue] Mitre, baculi, & bac
 cendi, ad facultatem primam tonsur
 & minores ordines conferendi, non
 dictam primam tonsuram, nec alios
 nes minores, nisi suis subditis Regula
 bus conferre; non autem Regularibus
 terius Congregationis, Ordinis, vel
 quib[us]

stitui, etiam si habeant litteras dimissoria-
 rias suorum Superiorum, & consensum
 Ordinariorum, intra quorum diocesum
 fines ipsi Regulares ordinandi existant: &
 multo minus personis secularibus etiam
 habentibus litteras dimissorias à suis or-
 dinariis. Ac propterea inhibuit Ar-
 chiepiscopis, Episcopis, & aliis prela-
 tis inferioribus, ut in futurum concedere
 non audeant supradictas litteras dimisso-
 rias huiusmodi Abbatibus directas, nec
 ab istis recipi. Quod si secus fiat, tam con-
 cedentes, quam ordinantes à collatione
 Ordinum suspensi remaneant, præter a-
 lias pœnas arbitrio ejusdem Congregatio-
 nis reservatas.

Et iterum propositis dubiis, an Ab-
 bates Regulares benedicti habentes iura
 quasi Episcopalia primam tonsuram, aut
 minores Ordines possint conferre secula-
 ribus Clericis, Episcopi jurisdictioni
 subiectis, si modo ipsius Episcopi consen-
 sus accedat: itidem an prædicti Abbates
 possint Regularibus alterius ordinis, quò
 E 2

litte-

litteras dimissoriales suorum Superiorum
Regularium, & consensum Episcoporum
habuerint, possint prædictam consuetudinem
& minores Ordines conferre.

Die decimâ Maji 1658. S. Congregatio
Concilii ad utrumque dubium respon-
dit, non posse.

134. Ratio à priori est, quòd Abbatibus dicta potestas completa non ex privilegio competat, personarum tantùm in privilegio expressas respiciendo, ac dempto privilegio non sit major, quàm cæterorum simplicium Prælatorum, quos certum est, accedere ad hunc consensu Episcopi, validè ordinare posse. Secus est de Episcopis, quibus facultatem ordinandi habent ab inalienabili caractere suo, & potestate ordinaria Episcopalis. Cùm igitur privilegium Abbatum, quo solo potestas eorum perficitur, ultra Religiosos sui Conventuum haud protendatur: non est recedendum à sententia negativa, si cum Passerino ad c. *Abbatibus*. 3. de

vil. in 6. n. 7. dicatur, ut Is quidem in
 Codicibus suis manuscriptis continen-
 tibus decisiones præfatæ S. Congrega-
 tionis annotatum afferit, quòd S. Con-
 gregatio distinguat inter *Dimissorias gene-
 rales, & speciales* per quas in specie da-
 tur licentia ab Episcopo, ut suus subdi-
 tus ordinari possit ab aliquo Abbate,
 & decernat, non sufficere quidem Di-
 missorias generales; sed requiri specia-
 les, prout decisum in hoc sensu fuisse
 videtur ab eadem S. Congregatione in
 cit. *Bononiæ* si circa quod tamen præ-
 staret consuli S. Congregationem, sic ut
 & super eo, quod apud Nicolium in
lucubr. iur. fur. ad Tit. de stat. & qual.
 n. 2. quantum ad nullitatem ordinatio-
 nis factæ in casibus prohibitis, à S.
 Congregatione 26. Junii 1655. legitur
 declaratum fuisse: *Sic ordinatos ab hu-
 jusmodi Abbatibus, non esse iterum or-
 dinandos; sed tantum à Sanctissimo reha-
 bilitationem obtinendam: fortè, ratione
 scandali, cum subordinatio & conne-*

xio Ecclesiasticorum ordinū non sit
 cessaria, seu essentialis, sed ab Ecclesi
 stico Jure tantū descendat. Quanqu
 Barbofa, Novarinus, & alii è diverfor
 legent declarationem S. Congregati
 nis Concilii 8. Maji 1627. editam, q
 dicitur, *si Abbas cessante privilegio, q
 quem tonsuraveris, talem de novo ton
 randum venire.* Adeò ut P. Donat
 post S. C. Tridentinum Abbatibus
 deat, ut nova & valida privilegia
 procurent à S. sede Apostolica, pro
 gularibus & aliis sibi non subditis, q
 praterita maneant omnino extia

Ubi vides quàm intricata sit hæc
 materia *capite presente*
 discussa.